C. 221 C. 5.
Coll. 214
318

DE RHETORICA ECCLESIASTICA AD CLERICOS LIBRI TRES.

AVGVSTINI VALERII
Epiſcopi Veronæ.

VERONAE,
Apud Sebaſtianum & Ioannem à Donis.
M D LXXIIII.

CAROLO AMPLISS.
CARD. BORROMEO
ARCHIEPISCOPO MEDIOLANI.

FR. MARCVS MEDICES
Ord. Præd. Inquiſitor Veronæ.

IVSSISTI *ſuperioribus diebus cùm Mediolani eſſem, ut Rhetoricam Eccleſiaſticam quam Auguſtinus Valerius huius Ciuitatis Epiſcopus tuo hortatu, aut potius iuſſu ſcripſit, tibiq; donauit, Venetijs edendā curarem. Vbi Veronā redij, & multi intellexiſſent curā mihi traditam, ut hoc opus ederetur: non pauci clerici, nec non aliqui ſacerdotes; huius etiam ciuitatis præfectus Aloyſius Cōtarenus eques, uir doctrina, & multis uirtutibus clarus, editionem non eſſe differendam pluribus a me uer-*

DE RHETORICA ECCLESIASTICA AD CLERICOS

Liber primus.

Quandam eſſe Eccleſiaſticam Eloquentiam. Cap. I.

L*INGVA* (*ut Lactantius Firmianus ſcribit*) *cùm uerũ loqui cœperit, et uirtutẽ, maieſtatẽq; Dei interpretari, tùm demùm ſuo fungitur munere. quandiù falſa loquitur, in ſuo uſu non eſt.* Oratores *autem ſeculi, qui falſis ſæpe argumentis, & adulationibus incautos animos decipere conſueuerunt, & in ſuis orationibus gloriam Dei propoſitam non habuerunt, rectius homines ad argutam copioſamq; malitiam, ad blandam, ſedi-*